Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur: Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Genua ligurum domina et regina. Quam
vero Januam dicimus Italie urbs celeberrima
maris clarissimaque in ligustico ~~maris~~ littore
a quodam Genuo Saturni regis filio condi-
tam et cognominatam dicunt. Alii ut Paulus Peru-
sinus historicus a Genuino Phetontis socio ob
naufragium mari in littore relicto cum parte
navium custode qui incolis accolis loci silvestribus
hominibus oppidum condidit et Genuam ex suo
nomine nuncupavit. Alii quoque a Jano Italorum
rege et post troianam cladem amplificatam
ubi Jani bifrontis idolum primo cultum repertum
est. Cuius sigilli inscriptio sic habere dicitur
Griffus ut has angit sic hostes Janua frangit.
Quidam tamen ante belli punici tempora
nullam eius urbis mentionem haberi dicunt. Livius
autem eius incrementum habuisse dicit Lucretio
prorogatum imperium ut Genua oppidum a
magone pocno Magone Peno destructum reedificaret. Postque
tempora liguribus genuensibusque amicitioribus
usi fuerunt quibus cum magne copie variaque
bello usui futura mitterent maxime oppor-
tuna fuisse videtur Genua loci natura tunc
etiam portuosa. Eam Carolus magnus impera-
tor Pipinusque filius rex Italie et successores
Francorum reges per annos circiter centum summa
iustitia et humanitate sicut et ceteras
Italie urbes gubernaverunt ducibus illis administra-
tis quos comites appellarent prefectis. Hec plane
civitas totius ligustici sinus emporium est. Quae a
quadringentis annis citra (cum antea haud
magnum oppidum fuerit) maximum habuit in-
crementum. Unde et ingentes nacta vires et
portu edibusque superbissimis. At eliquis in omni
genere ornamentum nunc usque preter Venetias
ceteras Italie maritimas urbes superat. Quae
quoque et navalis belli peritia adeo excelluit ut
annos multos maris imperio potiretur et
piratarum abstulerit latrocinia. Post Carolum
vero magnum et filios plurimam civium suorum
timuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos
duces sibi superinducere aliquando necesse habuit.
Que civilibus agitata discordiis memoria mea
imperium maris amisit. Eius enim creberrimas
miserias et omnes sunt et occidens admiratur.
Nunc sic auxilio et consilio destituta impe-
rium eius longe lateque diffusum pene exhaustum
est. Pera enim urbem Constantinopoli oppositam,
Mytilenam insulam, Famagustam urbem totius
Cypri insule columen, Chium insulam aliasque
grecanicasque urbes plurimas a Thurcis aliisque
gentibus ablatas deperdidit vel tributarias
fecit. Capha etiam eius colonia in Thaurico
Chersonesso non procul a Bosphoro Cymerio
amisit. Ornatur autem hec civitas Genua max-
ime cineribus precursoris domini. Et catino
quodam smaragdino inappreciabili. Quem tradunt
illum fuisse in quo dominus Jhesus Christus agnum
paschalem in cena domini cum apostolis suis comedit.

Genua